Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

intellecto iustitiae
Comedere se mutuo, quando non iustitia est in illis
Horum uero dedit iustitiam, quae multo praestantissima est.
Si enim aliquis uelit iusta dicere
Cognoscens huic quidem beatitudinem dat Iuppiter late circumspiciens
Qui uero in testimonijs uolens iuramentum iurato
Mentiet, in illo laedens iustitiam, insanabiliter laesa est
Huius uero obscurius genus postea relictum est
Viri uero pie iurantis genus postea melius.
Tibi uero ego bona cupiens dico ualde stulte Persa
Stultitiam quidem turbatim licet capere
Virtutem uero sudorem diuinitus ante posuerunt
Immortales, longa uero et acclius via ad ipsam
Et ardua primo, postquam uero ad summum veneris
Facilis postea erit, licet gravis existens.
Ille quidem optimus est qui de se ipso omnia intelligit
Considerans quae postea et ad finem sint optima
Bonus rursus est ille, qui recta monenti obtemperat
Qui uero neque de se ipso intelligit neque alium audiens
In animo uolutat hic rursus inutilis vir.
Sed tu nostri memor semper praecepti
Labora Persa diuinitus genus ut te fames
Odio prosequatur, amet uero te benecoronata Ceres

13